

cesi Ratisbonensi, ab hac Vrbe discrepans itinere mediæ circiter horæ versus meridiem. Erat Patrum Benedictinorum Domicilium, ab Illustri Domino Gebhardo Ratisbonæ antistite ædificatum anno 997. in loco, qui Pruel vulgo dicitur, quibus inde eiectis ab Alberto Sapiente Bavariæ Duce, anno 1484. Cartusianis est concessum. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartusiarum, fol. 57.

## CXXXIII.

1490. Domus Caçalensis, (Caçalla) *Castel-*  
in Hispania, in Betica, & Dice-  
cesi Hispalensi, Conceptioni Im-  
maculatæ Beatæ Virginis Mariæ  
dicta, in quodam Castro, quod  
fuit Petri Crudelis Regis Castel-  
læ, collocata est. Habet ad occa-  
sum locum Caçalensem selsqui  
leuca distantem, & Villam Gua-  
dalcanal tribus leucis ad septen-  
trionem. Ad hanc erigendam  
Prior, & Conventus Cartusie de

Co

Covis, à Capitulo Generali anni  
1476. facultatem impetrarunt:  
post aliquot annos condiderunt,  
scilicet 1480. possideri autem,  
& inhabitari cæpit anno 1490.

## CXXXIV.

*Teuto-* Domus Lovanii, Sanctæ Mariæ 1496.  
*nia.* Magdalensæ sub Cruce in monte  
Calvariæ nancupata, in Braban-  
tia, anno 1496. inchoatur. Eius  
prima fundamenta egit Dominus  
Vvalterus Vvarterbes Præposi-  
tus Ecclesiæ Malbodiensis in  
Hannonia, & Canonicus Sanctæ  
Gutidæ apud Bruxellas. Vide no-  
tas P. D. Theodoti Petri Cartu-  
siani, fol. 138 ad Chronic. P. D.  
Petri Dorlandi, lib. 6. fol. 379. &  
Aubertum Miræum in Catalogo  
Cartul. fol. 34 qui erant in anno  
foundationis huius domus.

## CENTVRIA V.

## CXXXV.

*Carta-* Domus Beatæ Mariæ de Fôti- 1507.  
*lonia.* bus, in Hispania, in Regno

H

Ara-